

36. Tertiò: Impuberes validum non possunt contrahere Matrimonium juxta utriusque juris decreta; sed impuberes judicantur hi, qui legitimam ad contrahendum non habent aetatem, ita ut masculus decimum quartum, foemina verò duodecimum non expleant annum: ergo ante legitimam aetatem validum non valet Matrimonium perfici.

37. Quartò: Statum aetatis sequitur impotentia coeundi; sed coeundi impotentia impedit Matrimonium: ergo & status aetatis debet illud impedire; sed hic status aetatis Matrimonium impediens est, qui in masculis decimum quartum, & in foeminis duodecimum non explet annum: ergo ante legitimam aetatem contrahere Matrimonium jure est prohibitum.

38. Sed oppones primò: Majoris perfectionis censentur cuncta alia Sacramenta, quam Matrimonium; sed impuberes possunt ferè omnia alia suscipere Sacramenta, etsi Matrimonio perfectiora: ergo & Matrimonium poterunt contrahere in impubertatis statu, sive ante legitimam aetatem ab Ecclesià sancitam.

39. Respondetur negando Consequentiam. Quia alia Sacramenta sunt proficua, & necessaria ante pubertatis tempus; non verò Matrimonii Sacramentum; ideòque impuberes possunt ferè omnia alia Sacramenta, etsi Matrimonio perfectiora, suscipere ante pubertatis tempus; non autem contrahere Matrimonium; cum plura pro illius accommodatà contractione necessariò requirantur, quae in praefato statu, sive aetate passim non inveniuntur.

40. Oppones secundò: Si ante aetatem à jure statutam non possent pueri & puellae Matrimonium contrahere, reverà foret ob discretionis, aut potentiae coeundi defectum; sed nullo ex his alligantur capitibus pueri & puellae, ut non valeat contrahere: ergo Minor probatur: Non propter impotentiam, qui plerique infirmi, & seniores sunt impotentes reddere debitum, & tamen contrahere possunt; imò nonnulli ante decimum quartum annum coeunt, ut constat de Salomono, qui decimo anno genuit Jeroboam, ex Hieronymo epist. 132. Nec ob discretionis defectum, cum plerique sint discretiores in decennio, quam alii in vigesimo, aut trigesimo anno; ergo nec impotentia coeundi, nec discretionis defectus possunt in pueris & puellis retardare validam Matrimonii contractionem.

41. Respondetur negando Minorem, & ejus probationem. Nam infirmi, & senes possunt utique contrahere, quia stabiles sunt in sensu, & in affectu, neque habent coeundi impotentiam naturalem; at impuberes passim laborant vitio instabilitatis puerilis, & impotentiae coeundi

di naturalis. Undè, jura judicant, non juxta ea, quae semper, sed secundum ea, quae contingunt frequenter; & licet ante pubertatis tempus possint aliqui ob naturae accelerationem coire; cum tamen ante illud tempus plerumque non possint, ideò Ecclesia pro omnium universalì commodo prudenter statuit, & assignat tempus illud opportunum.

42. Oppones tertiò: Aequale pro sponsalibus contrahendis praescribitur tempus viro, ac mulieri, scilicet septennium: ergo & pro Matrimonio contrahendo aequale erit designandum tempus; sed puellae possunt duodecimo expleto anno contrahere Matrimonium: ergo & pueri poterunt ante decimum quartum annum contrahere; proindeque ante legitimam aetatem; cum non sint pejoris conditionis pueri; ac puellae pro connubii contractione.

43. Respondetur negando duplicem Consequentiam. Licet enim aequale pro sponsalibus contrahendis praescribatur tempus viris, & foeminis; non tamen rationi congruit, ut aequale designetur ipsis pro Matrimonio celebrando. Nam tempus sponsalium statuitur quantum ad discretionem; & haec in septennio passim jam in utroque referatur sexu; idcirco aequale ipsis aptatur tempus: At pubertatis tempus pro Matrimonio celebrando definitur quantum ad potentiam coeundi; & cum citius possit coire foemina, quam masculus, eò quòd difficilius sit agere, quam pati; & quia natura imperfecta in muliere appetit virum, sicut materia formam, ideò non tantum temporis exigitur in puellam, ac in puero pro Matrimonio celebrando.

44. Demum, consentaneè iis subdit Magister, sponsalia ante septennium celebrari non posse, cum contrahentes saltem intelligere debeant, quid inter ipsos agatur, eò quòd minor inepta censeatur aetas. Et licet in hujusmodi resolutionis tutamen nihil in littera speciale adducat Magister; tamen ad illius plenum captum nonnulla valde ipsius nutui consona apponere decrevimus.

45. Quòd ergò aetatis defectus impediatur sponsalium contractionem, sic primò suaderi poterat: Regularium solemnis professio ante annum decimum sextum expletum facta, est irrita ex Sacra Tridentini decreto Sess. 24. cap. 15. Similiter testamentum conditum ante annum decimum quartum completum est invalidum ex L. *Qui aetate, ff. Qui testamentum condere possunt*: ergo & sponsalia ante septennium celebrata erunt invalida, cum jus Canonicum praefatam praescribat aetatem.

46. Secundò: Sponsalia ritè celebrata necessariò obligant ad Matrimonium; sed Matrimonium ritè ac validè non contrahitur nisi propria conjugum voluntate, aut signo exprimente consensum: ergo nec

sponsalia poterunt ritè celebrari nisi propriâ contrahentium voluntate, aut signo consensum exprimente; sed qui contrahunt ante septennium sponsalia, non habent usum rationis, quia secundum jura, ante id tempus non præsumitur, si vè concipitur in illis discretio: ergo cum non possint ritè ac validè exprimere consensum, quò ad Matrimonium obligantur, non valent sponsalia contrahere.

47. Sed oppones primò: Si ad sponsalia validè contrahenda foret necessarium septennium expletum, dum una deficeret dies, invalida essent sponsalia sic contracta; sed rationi consonum hoc non apparet, cum id quod parùm distat, nihil distare videatur: ergo ante septennium expletum possunt sponsalia validè celebrari.

48. Respondetur negando Minorem, & Consequentiam. Quia jus Canonicum cap. *litteras*, & cap. *accessit*, septennium mathematicè expletum pro sponsalibus validè contrahendis necessariò exigat; & dum unus desideratur dies, jam non dicitur septennium mathematicè completum; imò non sufficeret, juxta nonnullos satis famigeratos Authores, ultimum septennii diem fuisse inchoatum; sicut nec Regularium solemnis professio foret valida, si ultimus decimi sexti anni dies omninò expletus non esset. Cæterùm, non defuere olim, & modò ex Neotericeis Doctores asserentes, tunc fore sponsalia valida, secundum tritum illud, & in argumento inculcatum proloquium: Quod parum distat, nihil distare videtur.

49. Oppones secundò: Quanvis jus Canonicum pro Matrimonio validè contrahendo hanc præscribat ætatem; nempe, quòd fœminæ duodecimo, & viri decimo quarto potiantur anno; nihilominus si malitia suppleat ætatem, si vè generandi potentia alicui adveniat ante præfatam ætatem, validum poterit celebrare Matrimonium: ergo quanvis pro sponsalibus celebrandis sit ætas à jure sancita, poterunt ante septennium illa validè contrahere, si malitia, si vè discretio, aut rationis usus suppleant minorem ætatem.

50. Respondetur concessio Antecedenti, negando Consequentiam, & paritatem. Ideò enim ante puberem ætatem Matrimonium contractum tenet, malitiâ supplete ætatem, quia sic extat à jure decisum, & à regulâ generali exceptum; at cum in sponsalibus non sit exceptum, absque ullo prorsus fundamento exceptio illa comminiscitur.

51. Et ratio est; quia Matrimonio præscribitur tempus pubertatis, eò quòd ante illud non præsumatur, contrahentes habere potentiam generandi, etiam si discretionem polleant. Itaque si post pubertatis ætatem potentia generandi expedita non sit, non exindè ad Matrimonium

contrahendum impediuntur: In sponsalibus verò aliter contingit; nam si post septennium discretio, si vè rationis usus non eluceat, incapaces existunt ea contrahendi; sicque paritas non urget. Et hæc de secundâ, & ultimâ distinctionis parte satis sint dicta.

QUESTIONES.

52. **Q**UESTIO 1. Quæ habitas, & ætas ad sponsalia ineunda requiratur? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 4. dist. 27. q. 2. art. 2. & 3. p. q. 42. art. 2. Gonet tom. 5. tract. 8. disp. 3. art. 2. Reding tom. 8. q. 1. art. 1. Controv. 5. Anton. à Spirit. S. tom. 1. tract. 10. disp. 1. sect. 1. & seqq. Raynerius de Pisis tom. 1. verb. *atas*, tit. 1. num. 1. Lezana tom. 1. verb. *atas*, num. 1. & seqq. Casianus à S. Eliâ tom. 1. cap. 1. verb. *atas*.

53. Ex Subtili Scholâ Scotus in 4. dist. 36. q. 2. Mastrius in 4. disp. 7. q. 9. art. 2. Macedo de Clavib. tract. 6. cap. 3. de spons. Cotonius tom. 1. lib. 5. Controv. 1. q. 2. dub. 1. Castillentus in Polyanth. Seraph. verb. *atas*, diff. 1. & seqq. Portellus in dub. Regular. verb. *atas*. & spons. num. 3. & seqq. Hiquæus in 4. dist. 36. art. 1. & seqq.

54. Ex Scholâ Eximiâ Tambur. tom. 2. tract. 3. lib. 8. cap. 3. Carleton tom. 2. disp. 102. sect. 1. Dicastillo tom. 3. disp. 1. dub. 9. Sanchez de Matrim. lib. 1. disp. 18. num. 14. Henriquez lib. 11. cap. 3. num. 9. Coninch disp. 21. dub. 5. Reginal. lib. 31. num. 148.

55. Ex aliis D. Bonaventura in 4. dist. 36. art. 2. q. 2. & 3. Card. Theuscus lib. 7. conclus. 401. num. 12. Baudunius tom. 3. q. 62. art. unic. Gaudentius tom. 7. tract. 11. disp. 1. q. 8. Diana p. 3. tract. 4. resol. 274. Rebellus p. 2. lib. 4. q. 5. conclus. 2. Basilius Ponze lib. 12. de Matrim. cap. 5. Averfa de Matrim. q. 8. sect. 7. Leander tom. 2. tract. 6. disp. 1. quest. 25.

56. **Q**UEST. 2. An peccet mortaliter sponsalia contrahens ante legitimam ætatem à jure prescriptam? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 4. dist. 27. q. 2. art. 3. & in Supplem. 3. p. q. 42. art. 2. & seqq. Gonet tom. 5. tract. 8. disp. 3. art. 2. Reding tom. 8. q. 1. art. 2. controv. 3. Raynerius de Pisis tom. 1. verb. *atas*, tit. 1. num. 2. Anton. à Spirit. S. tom. 1. tract. 10. disp. 1. sect. 9. Casianus à S. Eliâ tom. 1. cap. 1. verb. *atas*, num. 2. & seqq. Mauritius de Lezana tom. 1. verb. *atas*, num. 3. & seqq.

57. Ex Subtili Scholâ Scotus in 4. dist. 36. q. 2. & seqq. Macedo de Clavib. tract. 6. de Matrim. cap. 3. de spons. Mastrius n. 4. disp. 7. q. 2. art. 2. Villalob. tract. 12. de Matrim. disp. 4. diff. 1. & seqq. Cotonius

- nus tom. 1. lib. 5. *Controv.* 1. q. 2. *dub.* 1. Castillentus in *Polyanth. Seraph. verb. atas, diff.* 2. Hiquæus in 4. *dist.* 36. q. 2. *art.* 3.
58. Ex Scholâ Eximiâ Dicastillo tom. 3. *disp.* 1. *dub.* 20. Henriquez lib. 11. *cap.* 13. Tambur. tom. 2. *tract.* 3. lib. 8. *cap.* 3. Sanchez de *Matrim.* lib. 1. *disp.* 17. Coninch *disp.* 22. num. 54. Carleton tom. 2. *disp.* 102. *sect.* 1. Reginal. lib. 31. num. 148.
59. Ex aliis D. Bonaventura in 4. *dist.* 36. *art.* 2. q. 2. & 3. Leander tom. 2. *tract.* 6. *disp.* 1. q. 29. Trullench lib. 7. *cap.* 1. *dub.* 9. Bonacina q. 1. *punct.* 4. Navarro *cap.* 22. num. 31. Diana p. 3. *tract.* 4. *resol.* 274. Aversa de *Matrim.* q. 8. *sect.* 7. & *seqq.* Leander tom. 2. *tract.* 9. *disp.* 1. q. 25. Rebellus p. 2. lib. 4. q. 5. *conclus.* 2.
60. QUÆST. 3. Quænam sit *atas* legitima tum in pueris, tum in puellis ad contrahendum Matrimonium? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 4. *dist.* 36. q. unic. *art.* 5. & in *Supplem.* 3. p. q. 42. *art.* 2. Gonet tom. 5. *tract.* 8. *disp.* 3. *art.* 2. Paludanus in 4. *dist.* 28. q. 2. *art.* 2. Reding tom. 8. q. 1. *art.* 1. *Controv.* 5. Anton. à Spirit. S. tom. 1. *tract.* 10. *disp.* 1. *sect.* 1. & *seqq.* Calsianus à S. Eliâ tom. 1. *cap.* 1. *verb. atas, num.* 1. & *seqq.* Mauritius de Lezanâ tom. 1. *verb. atas, num.* 5. & *seqq.*
61. Ex Subtili Scholâ Scotus in 4. *dist.* 36. q. 2. & *seqq.* Hiquæus in 4. *dist.* 36. *art.* 2. & 3. Macedo de *Clavib. tract.* 6. de *Matrim. cap.* 12. Cotonius tom. 1. lib. 5. *cap.* 3. *Controv.* 1. *dub.* 2. Castillentus in *Polyanth. Seraph. verb. atas, diff.* 4. Boscus tom. 6. *disp.* 12. *sect.* 10. *conclus.* 8. & 9. Maffrius in 4. *disp.* 7. q. 9. *art.* 2.
62. Ex Scholâ Eximiâ Dicastillo tom. 3. *disp.* 1. *dub.* 16. & 20. Hurtado de *Matrim. disp.* 1. *diff.* 14. Martinus Perez de *Matrim. disp.* 5. *sect.* 5. Sanchez lib. 1. de *Matrim. disp.* 16. Coninch *disp.* 21. num. 51. Carleton tom. 2. *disp.* 102. *sect.* 1. Reginal. de *Matrim. lib.* 31. num. 148. Tambur. tom. 2. *tract.* 3. lib. 8. *cap.* 3. & *seqq.* Henriquez lib. 11. de *Matrim. cap.* 13.
63. Ex aliis D. Bonaventura in 4. *dist.* 36. *art.* 2. q. 2. & *seqq.* Bassilius Ponze lib. 12. *cap.* 5. Card. Thosus tom. 7. *conclus.* 401. Diana p. 3. *tract.* 4. *resol.* 277. & 5. p. *tract.* 5. *resol.* 16. Rebellus p. 2. lib. 4. q. 5. *conclus.* 2. Leander tom. 2. *tract.* 9. *disp.* 1. q. 26. Aversa de *Matrim.* q. 8. *sect.* 7 & *seqq.*
64. QUÆST. 4. An *atas* ad Matrimonium contrahendum sit computanda à die conceptionis, sive à nativitatis die? De quo, *hic quest.* 3.
65. QUÆST. 5. An dies bissexti in legitimâ *atate* sit computandus? De quo, *hic q.* 3.

66. QUÆST. 6. An, & quâ ratione conditio servilis dirimat Matrimonium? Ex Angelicâ Scholâ D. Thomas in 4. *dist.* 36. q. unic. *art.* 1. Gonet tom. 5. *tract.* 8. *disp.* 9. *art.* 1. Contenson tom. 2. lib. 11. p. 4. *dissert.* 4. *cap.* 2. *specul.* 1. Anton. à Spirit. S. tom. 1. *tract.* 11. *disp.* 6. *sect.* 5. Mauritius de Lezana tom. 1. *verb. Matrim. num.* 17. & *seqq.* Reding tom. 8. q. 10. *art.* 1. *Controv.* 2. Calsianus à S. Eliâ tom. 1. *verb. Matrim. cap.* 21. §. 2.
67. Ex Subtili Scholâ Scotus in 4. *dist.* 36. q. 1. Maffrius in 4. *disp.* 7. q. 14. Macedo de *Clavib. tract.* de *Matrim. cap.* 9. Frassen tom. 4. *disp.* ult. *art.* 3. §. 4. Castillentus in *Polyanth. Seraph. verb. Matrim. diff.* 12. num. 1. & *seqq.* Boscus tom. 6. *disp.* 14. *sect.* 1. *conclus.* 1. & *seqq.* Durand tom. 4. *tract.* 5. *disp.* ult. q. ult.
68. Ex Scholâ Eximiâ Dicastillo tom. 3. *tract.* 10. q. 7. *dub.* 6. Layman *tract.* 10. p. 4. *cap.* 2. num. 3. Tambur. tom. 2. lib. 8. *cap.* 3. §. 1. Carleton tom. 2. *disp.* 104. *sect.* 1. Sanchez lib. 7. *disp.* 10. Filliucius *tract.* 10. p. 2. *cap.* 2. Coninch *disp.* 31. q. 2. Henriquez lib. 11. *cap.* 10. n. 4.
69. Ex aliis D. Bonaventura in 4. *dist.* 36. *art.* 1. q. 2. Bonacina de *Matrim.* q. 3. *punct.* 3. Gavardi tom. 6. q. 3. de *Matrim. art.* 7. Balzo *verb. Matrim. num.* 15. & *seqq.* Diana p. 5. *resol.* 123. Aversa de *Matrim.* q. 9. *sect.* 1. & *seqq.* Leander tom. 2. *tract.* 9. q. 7. & *seqq.*
70. QUÆST. 7. An servus possit nubere absque consensu Domini? De quo, *hic quest.* 6.
71. QUÆST. 8. An servus, invito Domino, possit Religionem intrare, vel ad sacros ordines assumi? De quo, *hic quest.* 6.
72. QUÆST. 9. An servitus cum errore Matrimonium impediatur? De quo, *hic quest.* 6.

